# OCTOBER 9, ST. JOHN LEONARDI, CONFESSOR

Errors? help@extraordinaryform.org

| | |
|---|---|
| **INTROIT Eccli. 42: 15-16**<br>In sermónibus Dómini ópera ejus: sol illúminans per ómnia respéxit, et glória Dómini plenum est opus ejus. Ps. 95: 1 Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte Dómino, omnis terra. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In sermónibus Dómini ópera ejus: sol illúminans per ómnia respéxit, et glória Dómini plenum est opus ejus. | By the words of the Lord are His works: the sun giving light hath looked upon all things, and full of the glory of the Lord is His work. (Ps. 95: 1) O sing unto the Lord a new song: sing unto the Lord, all the earth. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. By the words of the Lord are His works: the sun giving light hath looked upon all things, and full of the glory of the Lord is His work. |
| **COLLECT**<br>Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum ad fidem in géntibus propagándam mirabíliter excitáre dignátus es, ac per eum in erudiéndis fidélibus novam in Ecclésia tua famíliam congregásti: da nobis fámulis tuis; ita ejus institútis profícere, ut prǽmia consequámur ætérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who for the propagation of the Faith among the people was pleased in a wondrous manner to stir up blessed John, Thy confessor: and Who, through him, did in Thy Church gather together a new Society for the instruction of the faithful: do Thou grant unto us Thy servants, that we may so profit by his teaching, as to attain unto the everlasting rewards. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of St. Dionysius and companions)*<br>Deus, qui hodiérna die beátum Dionýsium, Mártyrem tuum atque Pontíficem, virtúte constantiæ in passióne roborásti, quique illi, ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es: tríbue nobis, quǽsumus; eórum imitatióne, pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who on this day did strengthen blessed Dionysius, Thy martyr, with the virtue of fortitude in his suffering, and did vouchsafe to join with him Rusticus and Eleutherius to preach Thy glory to the nations, grant us, we beseech Thee, to imitate them in contemning the prosperity of the world for the sake of Thy love, and to fear none of its adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE 2 Cor. 4: 1-6, 15-18**<br>Habéntes administratiónem juxta quod misericórdiam consecúti sumus, non defícimus, sed abdicámus occúlta dedécóris, non ambulántes in astútia, neque adulterántes verbum Dei, sed in manifestatióne veritátis commendántes nosmetípsos ad omnem consciéntiam hóminum coram Deo. Quod si étiam opértum est Evangélium nostrum : in iis, qui péreunt, est opértum: in quibus Deus hujus sǽculi excæcávit mentes infidélium, ut non fúlgeat illis illuminátio Evangélii glóriæ Christi, qui est imágo Dei. Non enim nosmetípsos prædicámus, sed Jesum Christum Dóminum nostrum: nos autem servos vestros per Jesum: quóniam Deus, qui dixit de ténebris lucem splendéscere, ipse illúxit in córdibus nostris ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Omnia enim propter vos: ut grátia abúndans, per multos in gratiárum actione, abúndet in glóriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpátur: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in praesenti est momentáneum et leve tribulatiónis nostræ, supra modum in sublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis, non contemplántibus nobis quæ vidéntur, sed quæ non vidéntur. Quæ enim vidéntur, temporália sunt: quæ autem non vidéntur, ætérna sunt. | Brethren. Seeing we have this ministration, according as we have obtained mercy, we faint not, but renounce the hidden things of dishonesty, not walking in craftiness, nor adulterating the word of God, but by manifestation of the truth commending ourselves to every man's conscience, in the sight of God. And if our Gospel be also hid; it is hid to them that are lost: in whom the God of this world hath blinded the minds of unbelievers, that the light of the Gospel of the glory of Christ, Who is the image of God, should not shine unto them. For we preach not ourselves, but Jesus Christ our Lord: and ourselves your servants through Jesus. For God, Who commanded the light to shine out of darkness, hath shined in our hearts, to give the light of the knowledge of the glory of God, in the face of Christ Jesus. For all things are for your sakes: that the grace, abounding through many, may abound in thanksgiving unto the glory of God. For which cause we faint not; but though our outward man be corrupted, yet the inward man is renewed day by day. For that which is at present momentary and light of our tribulation, worketh for us above measure exceedingly an eternal weight of glory; while we look, not at the things which are seen, but at the things which are not seen. For the things which are seen, are temporal: but the things which are not seen, are eternal. |
| **GRADUAL Ps. 72: 21, 68: 10**<br>Inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt: zelus domus tuæ comédit me. V. Isai. 49: 2. Pósuit os meum quasi gládium acutum: in umbra manus suæ protéxit me, et pósuit me sicut sagíttam eléctam. | My heart hath been inflamed and my loins have been changed: the zeal of Thy house hath eaten me up. V. (Is. 49: 2) He hath made my mouth like unto a sharp sword: in the shadow of His hand hath He protected me, and made me as a chosen shaft. |
| **LESSER ALLELUIA Ps. 70, 7**<br>Allelúja, allelúja. V. Tamquam prodígium factus sum multis: et tu adjútor fortis, Allelúja. | Alleluia, alleluia. V. (Ps. 70: 7) I am become to many as a wonder: but Thou art a strong helper. Alleluia. |
| **GOSPEL Luke 10: 1-9**<br>In illo témpore: Designávit Dóminus et alios septuagínta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sǽculum, neque peram, neque calceaménta: et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur. In eádem autem domo manéte edéntes, et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte, quæ apponúntur vobis: et curáte infírmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei. | At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them, "The harvest indeed is great, but the laborers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send laborers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the laborer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you: and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you. |
| **OFFERTORY Col. 1: 25**<br>Christi factus sum ego minístersecúndum dispensatiónem Dei, quæ data est mihi, ut ímpleam verbum Dómini. | I am made a minister of Christ according to the dispensation of God, which is given to me, that I may fulfill the word of the Lord. |
| **SECRET**<br>Súscipe, Dómine, oblatiónem mundam salutáris hóstiæ: et præsta; ut, intercedénte beáto Joánne Confessóre tuo, úbique géntium júgiter offerátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Let us pray. Receive, O Lord, the clean oblation of this salutary sacrifice: and, by the intercession of blessed John, Thy confessor, grant that everywhere among the nations it may fittingly be offered up. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of St. Dionysius and companions)*<br>Obláta tibi, Dómine, múnera pópuli tui, pro tuórum honóre Sanctórum, súscipe propítius, quǽsumus: et eórum nos intercessióne sanctífica. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Graciously receive, O Lord we beseech Thee, the gifts of Thy people in honor of Thy saints, and sanctify us by their intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **COMMUNION Philipp. 3: 7**<br>Quæ mihi fúerunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detriménta. | The things that were gain to me, the same I counted loss for Christ. |
| **POSTCOMMUNION**<br>Pretiósi córporis, et sánguinis tui sacris refécti mystériis, Dómine, adprecámur: ut beáti Joánnis Confessóris tui exémplo, studeámus confitéri quod crédidit, et ópere exercére quod dócuit: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Refreshed by the sacred mysteries of Thy precious body and blood, we beseech Thee, O Lord, that, following the example of blessed John, Thy confessor, we may set ourselves to profess that which he believed, and in our actions to put into practice that which he taught. Who livest and reignest, with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of St. Dionysius and companions)*<br>Sumptis, Dómine, sacraméntis, quǽsumus: ut, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Dionýsio, Rústico et Eleuthério, ad redemptiónis ætérnæ proficiamus augméntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We who have received Thy sacraments, O Lord, beseech Thee that, by the intercession of Thy blessed Martyrs, Dionysius, Rusticus, and Eleutherius, we may be profited into the increase of our everlasting redemption. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |